

Tiraquellus de primogenitura 1 1
 q. 4. nu. 4. Menochius de præ-
 sumptionib. lib. 4. præsumpt. 7. n.
 8. Merlino de legitima lib. 5.
 tit. 2. quæst. 3. num. 12. Gaspat
 Anton. Thesaur. questionum
 forensium, lib. 4. quæst. 28. n. 16.
 & q. 34. n. 3. Vincet. Fusarius
 de substitutionibus q. 245. n. 51. & 1 2
 conf. 41. n. 101. Sfortia Oddus
 de compend. part. 5. q. 3. artic. 1. n.
 43. in fine. ex Regnicolis Gre-
 gorius Lopez, in l. 23. verbo
 acabase, in fine glossæ tit. 1. part.
 6. plures referens Padilla Me-
 nelles in Rubric. C. de fideicom-
 missis n. 3. Azavedus in l. 2. nu.
 2. tit. 4. lib. 5. Recop. Morque-
 chus de divisione bonorum lib.
 4. cap. 8. num. 3.

9 Probatur hæc opinio pri-
 mo ex l. ultim. C. familiae erciscun-
 da in verbis, ibi: Pares esse
 videntur, quæ verba æqualem
 inter filios hæreditatis divi-
 sionem denotat, & cum præ-
 dicta lex loquatur de divi-
 sione inter liberos à parente fa-
 cta sustinenda, sequitur quod
 in testamento inter liberos
 æqualitatem omnino serva-
 ri oportet.

10 Secundo ex textu in l. vt
 liberis 17. C. de collationibus sibi:
 Æqua lance parique modo prof-
 pici possit, hoc etiã æquitatis stu-
 dio præsentis legi credimus inse-
 rendum.

Tertio, ex l. inter filios 11. C.
 familiae erciscundæ, Authet. in suc-
 cessione. C. de suis, & legitimis, l.
 cum oportet. 6. C. de bonis qua
 liberis, l. maximum vitium 4. C.
 de liberis præteritis, quæ æqua-
 litatem servandam inter li-
 beros dicunt.

1 2 Quarto, quia disparitas
 parit discordiam, & simulta-
 tes, & lites, vt tradit Athe-
 neus li. 11. Diaprosophist. c. 4. ibi:
 ----- natos
 Increpat, irarum voluntur pe-
 ctore fluctus,
 Vt non possideant tranquille pa-
 tre relicta.

Sed semper lites adsint, certami-
 na, pugna.

Qua in re dignum animad-
 versione est, quod Divus
 Ambrosius lib. 5. hexamer. cap.
 18 in hæc verba scripsit: Quis
 (inquit) inter naturæ fratres
 consortia fratres impares fecit?

1 3 Vnius divitis filij diversa sorte
 ceduntur, alius totius paternæ for-
 tis adscriptionibus inundatur,
 alius opulentiæ hæreditatis patriæ
 deplorat exhaustam, atque ino-
 pem portionem. Nunquid natura
 divisit merita filiorum? ex pari
 omnibus tribuit, ipsa vos doceat
 non discernere patrimonio, quos
 titulo germanitatis æquastis, Ca-
 siodor. lib. 1. epist. 7. ibi: In-
 quæ est enim vt de vna substantia,

qui-

quibus competit æqua suc-
 cessio, alij abundanter affluat
 alij paupertatis ingemis-
 cant. Multa adducit elegan-
 ter Anneus Robertus lib. 3.
 rerum iudicatarum cap. 1. ves.
 pro Seio.

1 4 Alij Authores dicunt te-
 stamentum paternum inter
 liberos subsistere, si pater nõ
 modicam, & iniuriosam, sed
 parvam sive modicam inæ-
 qualitatem inter liberos ob-
 servaverit. Sic Curtius Iu-
 nior, & Iason in l. hac cõsultif-
 sima, §. ex imperfecto, num. 2. C.
 de testamentis Covarrubias in
 cap. Rainutius §. 1. num. 3. de te-
 stamentis Antonius Gabriel
 commun. conclus. tit. de testa-
 mentis conclus. 6. n. 5. Meyrer
 in tract. de testam. success. lib. 1.
 tit. 14. num. 10. & 25. Iulius
 Clarus, §. testamentum q. 14. n.
 8. in fine Bernard. Grævæus
 lib. 2. cõclus. 112. n. 40. cum seqq.
 fundamentum huius opinio-
 nis est, quod vbi maxima est
 inæqualitas minimè æquum
 est patris volutatem ex im-
 perfecto testamento valere,
 ne discordiæ oriantur inter
 fratres, quæ ex invidia prop-
 ter inæqualitatem oriri solent;
 ceterum si modica sit inæ-
 qualitas, æquum videtur pa-
 tris volutatem, quæ nullum

ferè malum paritura est ser-
 vari.

1 5 Alij autem, patrem iure
 singulari testando liberos
 suos ex disparibus portioni-
 bus hæredes instituire posse,
 dummodo disparitas non sit
 in præiudicium legitimæ, te-
 nent, & ita quod valeat me-
 lioratio alicui facta in testa-
 mento nõ solemni resolvunt.
 Sic Baldus in l. filijs 16. num. 5.
 C. familiae erciscundæ. Alexand.
 conf. 146. nu. 15. vol. 2. Parisius
 cõs. 34. n. 27. & 50. vol. 2. Natta
 conf. 622. vol. 3. Petr. Surdus
 conf. 29. num. 20. & 21. Petrus
 Cavall. conf. 88. & 106. nu. 34.
 alios refert Fusarius conf. 41.
 num. 49. Puteus decis. 431. lib.
 1. Boerius decis. 240. num. 10.
 Gamma decis. 61. vbi pro hac
 opinione testatur iudicatum
 Guilielmi Benedictus in cap.
 Rainutius verbo testamentum 1.
 num. 72. de testamentis. Gaillius
 lib. 2. observat. 112. numer. 23.
 Grafus, §. testamentum quæst.
 12. numer. 8. Mantica de con-
 iect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 2.
 numer. 12. Gilchenius in dict.
 §. ex imperfecto num. 24. Fach-
 neus lib. 4. controvers. cap. 2.
 Hartman Pistor var. q. 1. num.
 11. Thadeus Pifo lib. 1. cap. 7.
 n. 26. Reusner de testam. par. 4.
 cap. 5. n. 3. D. Fracisc. de Barri
 de

de success. testati ac intestati lib. 17
 1. tit. 3. num. 5. Osiwaldus ad
 Donellum lib. 6. cap. 9. lit. C.
 Philippus Paschalis de viribus
 patrie potestatis part. 2. cap. 8. n.
 39. Argel. de acquir. possess. q.
 6. art. 9. num. 8. Nigreir. de cō-
 fect. testam. lib. 3. cap. 4. num. 19.
 Genua de scriptura privata lib.
 6. cap. 1. num. 119. Cancerius
 lib. 1. var. cap. 4. nu. 20. Acosta
 in cap. si pater de testamentis
 verbo suo testamento num. 3. & 4.
 Menchaca de success. creat. lib.
 3. §. 21. num. 67. Matienzus in
 l. 3. tit. 4. glos. 6. numer. 4. lib. 5. 18
 Recopil. Spino in speculo testa-
 ment. gloss. 18. num. 34. qui lo-
 quitur de melioratione. An-
 gulus de meliorat. in l. 7. glos. 1.
 num. 2. tit. 6. lib. 5. Recopil. Ce-
 vallos q. 759. n. 13. & 14. Ayora
 d. 3. part. q. 24. Tell. Ferd. in l.
 3. Tauri 1. part. num. 21.

16 Hæc opinio, quæ recep-
 tior est, probatur primo ex
 textu in d. l. hac consultissima,
 §. ex imperfecto, C. de testamētis,
 vbi generaliter dicitur ex
 imperfecto testamento vo-
 luntatem inter liberos vale-
 re, nec distinguitur, vtrum
 æqualiter, vel inæqualiter he-
 redes instituti fuerint, ergo
 neque nobis distinguere licet
 l. de precio, ff. Publicana in rem
 actione.

Secundo ex textu in l. vl-
 tima, C. familie eriscunde, vbi
 dicitur Senatus Consulti
 auxilio defuncti voluntatem
 custodiendam esse inter libe-
 ros; at si locus debet esse au-
 xilio Senatus Consulti scili-
 cēt Trebeliani; ergo fieri po-
 test, vt alter filiorum onere
 fideicommissi pregravetur,
 vt proinde quartam ex Tre-
 beliano deducere possit, ex
 quo maximam oriri inæqua-
 litatem posse planè perspi-
 cuum est.

18 Tertio ex Novella 107. c.
 1. vbi Iustinianus iubet pa-
 rentes designationem vnciar-
 rum facere, sicque cuique li-
 berorum suam portionem
 assignare, quod fanè absur-
 dum iudicari posset, si liberi
 æqualiter instituendi essent.

19 Quarto ex textu in l. pa-
 rētib. 8. C. de inoffic. testam.
 l. filia 20. §. si pater, & l. ex par-
 te 39. ff. familie eriscunda l. quo-
 ties 10. si cogitationes 21. l. C. eodē,
 l. cum pater. 79. evidētis, ff. de lega-
 tis 2. in quibus legibus parē-
 tibus permitta est illibata di-
 visio modo filios legitima
 portione non defraudent.

20 Vltimo probatur ex eo,
 quia si verum fuisset, quod
 parentes tenentur æqualiter
 disponere inter filios nullius

vti-

utilitatis, vel favoris fuisset 22
 dispositio, §. ex imperfecto, cū
 alias etiā si nihil disposuif-
 set, nec testamētum faceret,
 æqualiter omnes filij essent
 successuri: Igitur non in inæ-
 qualitate, vel in æqualitate
 consistit favor, sed solum in
 mera voluntate ipsius patris,
 aliās in pænam, & odium re-
 torqueretur, quod longè di-
 stat à tramite veritatis. Sic
 considerant Cevallos dict. q.
 759. n. 12. Fachineus d. cap. 2.
 lit. F. Additionator ad Cla-
 rum d. quest. 14. num. 22.

21 Vnde constanter tenendū
 est, patrem in testamento nō
 solemni inter liberos melio-
 rationem alicui facere posse,
 quia melioratio tertij, &
 quinti non est legitima filio-
 rum inter ipsos secundum
 leges Tauri 18. & 27. & tra-
 dit Baeza de non meliorandis
 filiabus ratione dotis cap. 9. num.
 50. vt sic in terminis tenent
 Cevallos num. 13. Spino, gloss.
 18. num. 34. Angulus in dict. l.
 7. gloss. 1. num. 2. Ayora 3. part.
 quest. 24. Castiilo lib. 4. cap.
 21. num. 111. Tellus Ferdinan-
 dez in dict. l. 3. 1. part. numer. 21.
 quidquid minus rectè dixit
 Morquechus d. lib. 4. cap. 23
 8. qui cōtrariam opinionem
 videtur sequi.

Neque obstant tradita
 pro contraria opinione; non
 primum ex lege fin. C. familie
 eriscunde, nam verba illa le-
 gis pares esse videntur, non de
 paritate, seu inæqualitate
 portionum, sed potius de pa-
 ri iure succedendi sunt acci-
 pienda, quasi dicat Impera-
 tor inter omnes heredes suos
 hoc est, liberos ex quolibet
 venientes gradu patris dis-
 positio custodienda est, quia
 pares esse videntur, id est pa-
 res in succedendo, veluti fi-
 lios, & nepos ex filio præ-
 mortuo (hi quippè pares
 sunt in succedendo, licet non
 sint in eodem gradu) & in-
 ter omnes hos, qui pariter
 succedunt ab intestato pa-
 tris voluntas custodienda
 est, etiam si solemni testa-
 mento non contineatur;
 aliās si de æqualitate por-
 tionum intelligeretur sibi-
 met ipsi adversaretur, eo
 quod deinceps Senatuscon-
 sulti Trebeliani auxilium
 considerat, vt rectè sentit
 Gloss. ibi super verbo pares. Fa-
 chineus dict. cap. 2. Additio-
 nator Clari num. 23.

23 Ad secundū ex l. vt liberis
 17. C. de collationib. & tertiu ex
 l. inter filios 11. C. famil. eriscun-
 da, & similibus respondetur

ve-